CONSTITUTIONES
PONTIFICIÆ
ET ROMANARUM CONGREGATIONUM
DECISIONES
AD SACROS RITUS
SPECTANTES,
IN DUOS TOMOS DISTRIBUTÆ

Omnibus utriuſque Cleri Eccleſiaſticis
ubique Locorum exiſtentibus
perutiles & neceſſariæ.

JO: BAPTISTA PITTONO
SACERDOTE VENETO
COLLECTORE.

TOMUS PRIMUS.

EXCUDEBAT VENETIIS
Leonardus Pittonus Collectoris Pater.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.
ANNO MDCCXL.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLLECTORIS
PRÆFATIUNCULA
AD
LECTOREM.

POſt primam Paternam noſtræ Collectionis ad Sacros Ritus ſpectantis Editionem, quam cæteroquin plures citaverunt Auctores, & Reverendiſſimus Pater Cajetanus Maria Merati, digniſſimus Sacræ Rituum Congregationis Conſultor, legitimam videtur declaraſſe, eo quòd obvia Decreta à me jam collecta, poſtquàm in authenticis Sacræ Rituum Congregationis Regeſtis invenit, in utroque ſuo diligentiſſimo Indice ad Obſervationes egregias & Additiones in Gavantum retulit: exit modò ex eodem prelo Paterno Editio ſecunda, quam tibi, Lector Eccleſiaſtice, admodùm profuturam Speramus. Quia verò ex longo temporis tractu multiplicata ſunt Decreta, idcircò cùm non valeant ampliùs unico Tomo comprehendi, in duos oportuit Tomos illa cuncta diſtribuere. Nonnulla tamen hinc inde reperies noſtra Notan-

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di reviſio ne, ed approvazione del P. F. Tom maſo Manuelli Inquiſitore di Venezia nel libro intitolato: *Conſtitutiones Pontificiæ, & Romanarum Congregationum Deciſiones ad Sacros Ritus ſpectantes, in duos Tomos diſtributæ, Jo: Baptiſta Pittono Sacerdote Veneto Collectore*: non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni Coſtumi, concediamo Licenza a *Leonardo Pittoni Stampadore di Venezia*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 25. Settembre 1739.

(
(Lorenzo Tiepolo Kav. Proc. Rifor.
(Daniel Bragadin Kav. Proc. Rifor.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

1740. 21. Luglio.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſſimo contro la Beſtemmia.

Vettor Gradenigo Segretario.

CONSTITUTIONES
AC DECISIONES
AD SACROS RITUS
SPECTANTES,
EDITÆ
ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni 1262. die.. &c. — Numeri 1

FEſtum SS. Corporis Chriſti pro Feria quinta poſt Octavas Pentecoſtes quotannis celebrandum inſtituitur: cum Octava: Omnibus autem Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui Matutinali Officio Feſti ejuſdem, in Eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum: qui verò Miſſæ, totidem: qui autem in primis ipſius Feſti Veſperis interfuerint, ſimiliter centum: qui verò in ſecundis Veſperis, totidem: illis verò, qui Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, ac Completorii Officiis interfuerint, pro qualibet Horarum ipſarum, quadraginta: illis autem, qui per Octavas illius Feſti, Matutinalibus, Veſpertinis, Miſſæ, ac prædictarum Horarum Officiis interfuerint, centum dies, ſingulis Octavarum ipſarum diebus, de injunctis ſibi pœnitentiis relaxat *Urbanus IV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtitut. 1. ejuſdem Pontific. qua incipit* Tranſiturus. ¶ Vide infra, 1429. 26. Maii, il 1. ¶ Notandum, quòd cùm aliqui Auctores teneant, dictum Urbanum non inſtituiſſe celeberrimam hujuſce diei Proceſſionem,